

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Stockmann

**Programma quo Decanus p. t. facultatis philosophicae D. Joachimus
Stocmannus Physices Profess. Apertas Musarum fores Philosophiae Candidatis
exhibit**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729453383>

Druck Freier  Zugang



Ruprecht 1630.
Joachim Stoeckmann

Programma
quo
D E C A N U S
p. t.
facultatis philosophicæ
D.JOACHIMUS STOCMANNUS
Phyfices Profess,
*Apertas Musarum fores Philosophia
Candidatis exhibet.*
P. P. die Solemni Magorum.



ROSTOCHI
Typis. JOACHIMI. PEDANI. Acad. Typ
ANNO. M. DC. XXX



ICET terris proscripta vi-
deatur, ex ipsius Jovis cerebro
nata.

Matre carens Pallas, Sophies
dulcissima mater,
Et tantæ Divæ locum, nescio
quo jure quave injuria jam du-
dum occuparit Castrensis E-

ayo, quam, dicente Irene, nihil juvat nisi clamor virūm,
clangorq; tubarum, fragores & strepitus tormento-
rum, internecina odia, alterna vulhera, enses imbuti
sanguine, acervi contrucidatorum corporum, depo-
pulationes, vastationes, & cadavera, florentissimarum
urbium, regnum, regionum :

TAMEN quod hodie debui, Palladem revocare,
& quidem non nullo, sed postlimini jure, revocare vo-
lui. CUM ut ostenderem, gratoque animo prædi-
carem, Propensas in nostrum Rosetum divinæ indul-
gentiæ alas, ita clementer Varnicolas musas haec tenus
intexisse, ut in medijs castris sua etiamnum, si non
tabernacula & pelles, saltem tentoria & papilio[n]es ha-
beat, & tot tantorumque Rostochij mœnibus conclu-
sorum, si non Heroum & ducum, saltem gregariorum
hastatorum & martiobarbulorum militum aliqua pars
sit, nostri gymnasij fornicibus præfixa.,

Barbariæ vist ix, armataque Gorgone Pallas.

TUM letiam ne eruditionis laude, vitæ integritati-
te, morum elegantiâ, tanquam conspirantibus, in vi-
ctoriam nervis confisi yiri juvenes, ad honotis pul-
cher-

cherrium quod est certamen de adipiscendo Magisterij titulo non provocarentur; Et ipse, cum jam in summis creperi Belli tumultibus, tanquam acutissimi morbi dubio statu constituta nostra Academia, partim oppressis partim exhaustis viribus peticulofissime decumbat, de salute penitus desperare videar, tanquam Hippocraticorum prognosticorum oblitus, & qui sperare non didicerit Medicus, quamdiu spirat æger.

LICET Paludatæ passim & Sagatæ etiam densa satis occurrant: TOGATÆ vero pauca supersint militæ vestigia, indeq; PULLA totius fere mundi vestis, & nostræ provinciæ ATRATA sit etiam ipsa, heu quantum mutata facies. TAMEN jubente consuetudinis Lege, & instigante ~~Principiis~~ amicorum φιλοπία, TOGAM Ego in publicum proferre volui, eamque non creta sæpius emaculatam, & sic quomodo cunque, sed puro filo CANDIDAM virginem, ut in mundo esset, & in promptu haberent, ad honoris aram sistendi juvenes, quo se rite ornarent, nec quovis ornatu, in Magisterij sacra irrumperent, illotis quod dicitur manibus, illotis pedibus.

DICAM igitur, hoc nomine, PRIMO, Quæ sint in extrema linea amantis, & carceribus vix dum emissæ pubescentis juventutis partes, quomodo Herculis Prodi Exemplo visæ virtutis amore statim incalescere, & omnis generis voluptates unius virtutis amori postponere debeat, ejusque silius, iterum atque iterum repetita tanquam jucundissimæ Sponsæ recordatione, quævis quæ in furtivos amplexus pellicere possint, blande subdola otia animo excutere, & quasvis assiduo

in amanda sua Domina, studio subortas injucunditates
vincere. DEINDE, Quomodo qui proprius Sophiam
jam insequuntur, quam primum assequi possint doce-
bo, Et quomodo, quæ tristissimo hoc tempore com-
munia vota sunt, ad Tempus Mori possint, & quidem
ita ut vera vita sruantur, etiam interea dum moriuntur.

Cæterum, Juventuti in Exemplum quem propo-
sui, Herculem quod attinet. Eum, ex Prodigio Xeno-
phon refert, postquam exacta pueritia pubertatis ini-
ret cursum, (in qua jam adolescentes sui juris sunt, &
præ se ferunt, annè per virtutis viam perrecturi sint ad
vitam, an v. per viam ignaviæ & ~~mis~~ ^{negligentias},) egressum
in tranquillum locum, ibidem consedisse, ambigen-
tem ad utram se viam converteret. Tum mulieres
duas, easque humana imagine majores, visas esse ad
ipsum accedere, quarum.

Altera achemenium spirabat vertice odorem,
Ambrosias diffusa comas, & veste resulgens
Ostrum quam fulvo Tyrium suffuderat auro.
Fronte decor quæsusitus acu, lascivaque crebras:
Ancipi motu jaciebant lumina flamas;
Alterius dispar habitus, frons hirta, nec unquam
Composita mutata comâ, stans vultus, & ore,
Incessuque viro propior, lætique pudoris,
Celsa humeros, niveæ fulgebant stamine pallæ.

Priorem sæpius se contemplatam esse, ac num ali-
quis ipsam spectaret considerasse, sæpenumerò ad um-
bram quoque suam respexisse. Posteaquam ad Her-
culem accessissent, incessisse illam de qua Prius dixi-
mus, eodem modo: alteram vero volentem hanc ante-
vertere, cursu ad Herculem se contulisse, ac verbis his
eum

cum compellasse. Video te, mi Hercules, ambigere
quanam via te ad vitam conferas; Quapropter, si me
tibi amicam adjunxeris, ducam te ad iter jucundissi-
mum ac facillimum, ut eorum, quæ suavia sunt, nihil
non gustes, simulque vitam emnis expertem molestiæ
agas. Nam primum tibi neque bella neque negotia cu-
randa erunt, sed dispicies, quemnam tibi gratum vel
potum vel cibum invenire possis: Quid vel aspectu,
vel auditu, vel odoratu, vel tactu te delectare possit;
quibus amoribus fruens gaudeas, quo pacto quam
mollissime dormias: Qui absq; labore etiam minimo
possis hæc omnia consequi. Quod si quandò, illa de-
fectura, suspicio sit, quibus hæc acquiruntur: nihil est,
quod metuas, ne eò te deducam, ut hæc tibi laborando
varijsq; tum animi tum corporis ærumnis perferendis
paranda sint: Sed fructum alienorum bonorum tu per-
cipies, nec ab ulla re abstinebis, de quâ capi aliquid lu-
cri possit. Nam equidem ijs, qui mea utuntur consuetu-
dine, potestatem facio, ut undecunq; possint, utilitatem
cipient. Hæc quum audisset Hercules: quod est, inquit,
tibi nomen mulier? illa verò: Amici mei, ait, felicitatem
me appellant: At qui oderunt, invidioso me no-
mine vocant ignaviam. Hæc dum dicerentur, altera
mulier quidm accessisset: Ego quoq; inquit, ad te venio,
mi Hercules, quæ & parentes tuos novi, & quæ tua es-
set natura, in institutione animadverti. Quæ res sperare
me jubent, ut si ea, quæ ad me dicit, via incesseris: In-
signis fatus sis præclararum honestarumq; rerum ef-
fector, atque ego longè honoratior, bonorumq; gratia
illusior videar. Neq; vero te decipiam voluptatis
procœmijs, sed ipsas res ita, uti à dijs conditæ sunt, vere

sommemorabo. Nam quæcunq; bona sunt ac præclara, eorum nihil sine labore ac Studio dij hominibus largiti sunt : Omninoq; sive Deos esse propitios tibi vis, colendi sunt tibi : Sive ab amicis vis diligi, beneficijs amici sunt afficiendi : Sive ab urbe aliqua vis honorem consequi, necesse est aliquid illi utilitatis afferas: Sive apud universam Græciam virtutis nomine vis esse in admiratione, de hac ut bene promereare, conandum erit : Sive terram tibi fructus uberes ferre vis, colenda erit : Sive à jumentis opes tibi quærendas putas, necesse est jumentorum curam habeas : Sive bello res tuas amplificare desideras, eamq; potestatem consequi vis, ut & amicos in libertatem vindices, & hostes tibi subijicias, non solum artes bellicæ tibi ab earum peritis descendæ sunt, sed etiam percipiendum exercitatione, quo pacto sit ijs utendum : Deniq; si etiam corpore vis esse robustus, necesse est corpus assuefacias ad parendum animo, perq; labores ac sudorem exerceas. Tum ejus sermonem excipiens ignavia, Vides nè, inquit, mi Hercules, quam longam ac difficultem viam ad delectationes hæc tibi mulier exponat ? Ego verò facili breviq; ad beatitatem itinere te ducam, Et virtus : Misera verò tu, quid boni habes ? Quid beati ?

Quippe nec ira Deum tantum, nec tela nec hostes,
Quantum sola noces animis illapsa voluptas,
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis,
Mecum honor & laudes, & læto gloria vultu,

Quid jucundum esse nosti, quum nihil jucundi causâ facere velis ? Quum jucundorum appetitum non exspectes, sed prius etiam, quam appetas, omnibus repleare ?

pleare? priusquam esurias, comedis: priusquam sirtas
bibis: atq; ut suaviter comedas, obsonatores excogitas:
ut suaviter bibas, vina tibi magni pretij comparas, ac
per æstatem nivis querendæ causa circum cursitas: ut
suaviter somnum capias, non stragula tantum mollia,
sed etiam lectulos, lectulorumq; fulcra paras: Non e-
nîm propter labores somnum appetis, sed quia nihil est
tibi, quod agas. Venerem verò prius quam cāindige-
as, omni molitione impellis. Sic enim amicos tuos in-
stituis, noctu quidem stupro polluens, quod autem u-
tilissimum est diei sopiens eos; quumq; sis immortalis,
à diis quidem rejecta es, & honestis ab hominibus ad-
ficeris ignominia. Quod autem omnium auditu jucun-
dissimum est, tuam ipsius laudem audire non potes,
nec quod spectaculum jucundissimum est, potes spe-
ctare. Nam nullum unquam honestum facinus tuum
vidisti. Quis verò tibi aliquid dicenti fidem habeat?
Quis egenti re aliqua quidquam suppeditet? quis men-
tis compos tua sodalitate contineri audeat? dumj tui,
si juvenes sint, corporibus sint debiles, proiectiores
facti, amentes: per juventutem sine labore in delicijs al-
ti, per senectutem multis cum laboribus squallide de-
gentes: ob ea quæ peregerunt, adfecti pudore: ob ea
verò, quæ peragunt, gravati: qui jucunda quæ sunt in
juventute percurrerunt, molesta in senectutem reser-
varunt. Ego verò cum Dijs versor, cum hominibus
honestis versor; nec ullum præclarum facinus, sive di-
vinum, sive humanum abq; me fit. Maxime omnium à
Dijs & hominibus, qnos quidem convenit, honoribus
afficior, cara cooperatrix arrificibus, fida domorum
cœlos heris, benigna servis patrona, adjutrix eorum


labo -

laborum egregia, qui pace suscipiuntur, constans opitulatrix in bellicis negotijs, amicitiae consors optima. Amici mei cibo ac potu jucundè sineq; negotio fruuntur. Exspectant enim, donec illa expertant. Idem somnum capiunt suaviorem, quam otiosi, ac neq; excitatos se molestè ferunt; neq; propter ipsum quæ agenda sunt necessario negligunt. Iuvenes senum laudibus gaudent, senes juvenum honoribus delectantur; rerum priscis saeculis gestarum memoriam jucundè repetunt, nec minori cum voluptate præsentia peragunt, mea causa Dijs accepti, amici cari, magno suas apud patrias in pretio. Deniq; cum finis à fato præstitutus adest, non in honorati jacent, oblivioniq; traditi: sed cum perpetua sui memoria celebrati florent. Hujusmodi, mi Hercules parentum fortium fili, si laborando perfeceris, felicitatem omniū maximè prædicandam consequi potes. Quæ postquam cecinit sacrato pectore virtus, Exemplis lætum vultuq; audita probantem. Convertit iuvenem.

Restat ut alteram mei promissi partem exsolvam, & breviter dicam, quomodo mortem sine morte mori possimus, ut præsentis vita tadia effugiamus. Verbo dicam, pluram non capit charta, sumus Philosophi.

Mors est dissolutio animi à corpore, an non? Philosophi quoties vel à corpore & corporis voluptatibus animus avocant, vel ita profunde speculantur in divinis, ut extra se positi, & alibi corpore, alibi animo esse videantur, an non animum à corpore solvant, & an non subinde moriuntur, squidem ipsa etiam Philosophia hoc nomine mortis exercitium dicitur. atqui dum ita moriuntur non moriuntur. Otium enim sine literis ea demum vivi hominis sepultura est, sed beatissima fruuntur vita, squidem ita demum beatus homo est, qui dicente Mercurio Trismegisto, corpus quo ad fieri potest, quasi vestem deponit, incertitie indumentum, interitus vinculum, vivam mortem, sentiens cadaver, ductile sepulchrum, domesticum furem, qui dum blanditur odit, dum odit, mentem ad terrenam facem deprimit, canog, illigat, ne intelligentiam bauriat calitus. Sed cogor hic abrumpere filium.

pleare? priusquam esurias, comedis: bibis: atq; ut suaviter comedas, obsoni ut suaviter bibas, vina tibi magni preper aestatem nivis querendæ causa circu suaviter somnum capias, non stragula sed etiam lestulos, lectulorumq; fulcrum propter labores somnum appetis, tibi, quod agas. Venerem verò prius as, cimni molitione impellis. Sic enim stituis, noctu quidem stupro polluens tilissimum est diei sopiaens eos; quumq; à diis quidem rejecta es, & honestis a ficeris ignominia. Quod autem omnissimum est, tuam ipsius laudem aut nec quod spectaculum jucundissimum etare. Nam nullum unquam honestividisti. Quis verò tibi aliquid dicens? Quis egenti re aliqua quidquam suppatis compos tua sodalitate contineri at si juvenes sint, corporibus sint debi facti, amentes: per juventutem sine lati, per senectutem multis cum labori gentes: ob ea quæ peregerunt, adfeci verò, quæ peragunt, gravati: qui juventute percurrerunt, molesta invarunt. Ego verò cum Diis versor honestis versor; nec ullum præclarum vinum, sive humanum abq; me fit. N Diis & hominibus, quos quidem cor afficiar, cara cooperatrix arrificibus cultos heris, benigna servis patrona



the scale towards document

Patch Reference number on UTT
E263 Serial No. C 14